



# **Universitätsbibliothek Paderborn**

## **Annus Cisterciensis**

In quo Pia, Et Brevi Apostrophe proponuntur Veneranda, & Imitanda Gesta  
præcipua, & eximiæ Virtutes Sanctorum ac Beatorum utriusque sexûs  
Ejusdem Sacri, Et Ab Origine Sua Exempti Ordinis


**Meglinder, Joseph**

**[S.I.], Anno MDCLXXXIII.**

17. Julij. 16. Cal. Augusti.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-45314**

humanae obviat cogitationi, anxietatem abigit, prævenit trepidationem. Ait enim: Centuplum accipietis, & vitam æternam possidebitis. [ Math. 19.]



17. Julij. 16. Cal. Augusti.

B. WERNERE, Eberbacensis mo. Obiit  
nache: qui nondum Sacerdotio, at circa  
cœlo maturus, tenerum pudorem in annum  
gratum D E O sacrificium, mystam a-<sup>1219</sup>  
gente morte, immolavisti. Cùm au-  
tem circa ultimum fatalem ictum te  
in sœvitiae vietimam dæmones pertra-  
here conarentur; tu his validissimum B. V.  
scutum, M A R I A M, opposuisti: quæ morie-  
ut à te piissimè culta semperfuerat, ita tē pro-  
in illo periculo invocata spectabilis pugnat  
adfuit; ac fædas inferni larvas tanto  
impetu egit in fugam; ut te ad felicissi-  
mum risum induxerit: sub ipso enim  
hujus victoriæ plausu jubilans anima  
præeuntem ad sidera Reginam cœli  
secuta est. Dubium non est, & utique tu  
modò feliciter intueris, maximam electo-  
rum partem festivis laudibus accinere vi-  
ctorias Matri misericordiæ, quas ab omni-  
bus retrò sœculis de humani generis hoste

C c 4

reportavit.

56 ANNI CISTERCIENS.

reportavit. Utinam & me miserum, sub  
peccatorum vinculis gementem, suum fa-  
cere spolium dignetur!


*Floruit B. ARNOLDE, monache Hem-*  
*anno menrodensis. Non immerito cœno-*  
*1190. bium illud cœlum quoddam terrestre*  
*dixerim, tot sideribus tuo sæculo illu-*  
*stre, quot inquiliinis. Inter quæ etiam*  
*Inter te numeravit B. Isembardus; dum pate-*  
*Ange- factis sibi per visum cœli januis, te jun-*  
*los spe- ctum Angelorum chorus, & cucullâ*  
*Etatur. radios de se candidissimos spargente*  
*amicum confexit. Angelica nimi-*  
*rum vitæ tuæ puritas ad hanc te glo-*  
*riani evexit: congruum quippe fuerat,*  
*ut nobilem personam, quam in tragi-*  
*ca vitæ mortalis arena indueras, in læ-*  
*tiore cœli theatro non deponeres. In-*  
*Homi- gens Dei bonitas erga hominem: quem ita*  
*nis di- paulò minorem Angelis esse voluit, ut illi*  
*gnitas. tamen aspirare liceat ad idem dignitatis*  
*fastigium. Sed vereor, ne mihi aliquando*  
*illud psalmi objiciatur: Homo cum in ho-*  
*nore esset, non intellexit, comparatus est*  
*jumentis insipientibus &c.*

S. BERNARDUS, ser. 24. in Cant.

Peccati Erubesc anima mea, divinam in pe-  
meta- corinam mutasse similitudinem: eru-  
mor- phosis. besce volutari in cano, quæ de cœlo es.

An non

*An non tibi videtur ipsis bestijs quodammodo bestialior esse homo, ratione vigens, & ratione non vivens?*



18. Julij. 15. Cal. Augusti.

B Eati quatuor monachi IGNIA-  
CENSES: quos interim, dum no- *Circa annum 1147.*  
mina vestra in Libro vitæ aliquando legam, Candidos appellabo; omen à divina revelatione mutuans, quæ cùdām è sanctis seniorib⁹ vestris facta fuit. Conspexerat ille Cæmeterium *Mors eorum visione* multis liliis floridum, & in amœnitate insueti spectaculi lætissimus hæreb⁹bat. Cùm subitò dolet, ex iis quatuor *præostenditur.* à splendidis ephebis demessa auferri. Quos postquam rogavit, ut has sibi *tur.* delicias non inviderent; eorum alter: *Ne indigneris,* inquit, *optime senex,* nostra sunt hæc lilia; quatuor nunc tollimus, reliqua, cùm maturuerint, pariter in cœlestia viridaria translaturi. Quidnam hæc visio portenderit, ex vestro felici per illos dies obitu fuit admonitus. Non est odor cœlo gratiior, quam liliorum. Vos à pestifero afflatu venenosì serpentis custodite cor meum; irreparabile damnum est, si flos iste vel semel emarcuerit.

Ccs

B. BER-